



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Epistola ad Philemonem caput habet vnicum. Comme[n]dat in ea
Apostolus Philemonem, de fide & charitate in sanctos: & rogat eum vt
indulgeat Onesimo seruo suo, & ipsum benigne suscipiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

EPIT O .EX EPI. AD T I T.

Oportet episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem. Non superbum non iracundum, & c. quare. Sunt multi inobedientes & vaniloqui, quos oportet redargui, Omnia munda mundis. Coinquatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi.

¶ Cap. ii.

¶ Tu loquere quæ decet sanam doctrinam, senes ut sobrii sint, pudici, prudentes. & c. Iuvenes exhortare ut sobrii sint, & c. In omnibus te ipsum præbæ exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum irreprehensibile, ut qui ex aduerso est nihil mali habeat loqui de nobis. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei. Loqui & exhortare & arguere cum omni impertio. Nemo te contemnat.

¶ Cap. tert. & ult.

Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Discant nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint instructuosi.

Epistola ad Philemonem caput habet unicum. Commendat in ea Apostolus Philemonem, de fide & charitate in sanctos: & rogat eum ut indulgeat Onesimo seruo suo, & ipsum benigne suscipiat.

¶ Capite vnico

Miram fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Tu autem illum (scilicet fratrem) id est, viscera mea suscipe. Sine cō filio tuo nihil volui facere. Si aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ita frater, ego te fruor in domino, refice viscera mea in Christo. Confidens de obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies, &c.

¶ Epistola ad Hebræos continet Capita. XIII. Ostendit in ea Apostolus defectū & euacuationē legis Mosai- cæ, & perfectionem legis Euangeli- cæ. Ostendit item & quod Christus verus deus sit & homo, dei & homi- num mediator.

Caput. I.

Multipharie multisque modis olim deus lo- quens patribus in prophetis, nouissime die- bus istis loquutus est nobis in filio quem cō- stituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcu- la. [Nota in isto capitulo multa testimonia de diuini- tate Christi in litera.] Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portāsque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterā maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quā- to differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego ho- die genui te. Nonne omnes sunt administratori spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem ca- piunt salutis.

Cap. 2.

Abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiimus ne percessuamus. Quomodo enim effugerimus, si tantā